UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni Bredenbachij S. Th. D.||

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

50. De Childerico, qui Episcopo Franconi villam Ecclesiasticam iniquo iudicio extorsit, eiusque diuina vltione ac delicti sui agnitione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-65002

Visual Library

pus afficiunt, multamq́ue in Thrace præda capientes, epulabantur ſplendidè, contra Romanos elati. Deus autem vindictam martyris faciens Alexandri, peſtilentiam languoris barbaris intulit, & in vno die ſeptem millia Chaiani per febrem & inguinariam peſtem occidit, vnà cũ alijs turpibus multis, ita vt pro triumphale gaudium cum carminibus & canticis, lamentationes & lachrymæ & luctus ſine conſolatione poſſideret Barbaros.

Gregorius Turonenſis Epiſcopus lib. de gloria Confeſſorum, cap. 71. De Childerico, qui Epiſcopo Fauſtini villã Eccleſiaſticam iniquo iudicio exiorſit, atque diuina vltione, ac delicti ſui agnitione.

CAP. L.

AQuenſibus eſt conceſſus inclytus Athleta Metrias, qui à ſæculo victor abſceſſit, ipſe pius ſe in cælis degere, virtutibus manifeſtis oſtendens. Tẽpore igitur quodam cùm Fauſtinus Epiſcopus, huius municipij Eccleſiã gubernaret, Childericus, qui tũc primus apud Sigibertum regem habebatur, villam eius cõpetit, dicens, quia iniuſtè ab Aquenſi Eccleſia retineretur, & dicto citius conuenitur Epiſcopus. Datisq́ue fideiuſſoribus, in præſentia regis aſſiſtit, clamans & obſecrans, vt rex ab huius cauſæ audientia præſentiam ſuam auertere, ne cæleſti iudicio condemnetur, addens, Scio enim virtutẽ Metriæ viri beati, quod velociter in perſuaſorem ſuũ irrogat vltionem. Denique con-

coniuncti auditores cauſam diſcutiunt. Inſur-
git Childericus atque improperans crimini-
bus exacerbatum Epiſcopū, quod res fiſci di-
tionibꝰ debitas, iniquo ordine retineret, extra-
ctum vi à iudicio iubet: & tandem ablata
per iudicium præſentiū villa, trecentis aureis
condemnauit. Fauebant ei omnes, nec quiſ-
quam contra voluntatem eius audebat decer-
nere, niſi quod eidem libuiſſet. Denique con-
demnatus ſpoliatusque ſacerdos, ad vrbem re-
dijt, atque proſtratus in orationem coram ſe-
pulchro ſancti, dicto pſalmi capitulo ait: Non
hic accendetur lumen, neq; pſalmorum mo-
dulatio caneturglorioſiſſime ſancte, niſi, prius
vlciſcaris ſeruos de inimicis ſuis, resque ti-
bi violenter ablatas, Eccleſiæ ſanctæ reſtituas.
Nec mora, corripitur perſuaſor à febre, decū-
bit lectulo, exhorret cibum, faſtidit & potum,
profert æſtuans iuge ſuſpirium. Cui etiamſi
ab ardore febris interdum ſitis accederet, a-
quam tantum, nihilque aliud hauriebat. Quid
plura? in hac ægrotatione integrum ducit an-
num. Sed mens praua non flectitur. Intereà
labitur cæſaries cuncta cum barba, & ita omne
caput remanſit nudum, vt putares eum olim
ſepultum, nuper eiectum fuiſſe poſt funera de
ſepulchro. His & talibus miſer afflictus malis,
ſerò recogitat, dicens: Peccaui, eò quòd exſpo-
liauerim Eccleſiam Dei, atq; Epiſcopo ſancto
intulerim iniuriam. Nunc autem ite quanto-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tius, & reddita villa, ſexcentos aureos ſuper
tumulum ſancti deponite. Eſt enim mihi ſpes
quod reddita tribuat ægrotanti medel
Quod audientes homines eius, accepta po
nia fecerunt, ſicut eis fuerat imperatum, Re
diderũt agrum, ſolidosque ſuper ſepulchrum
ſerui Dei poſuerunt: ſed cùm hęc feciſſent, ſta
tim illi in loco quo erat, ſpiritum exhala
lucratuſque eſt detrimentum animæ pera
ptionem acquiſitionis iniquę. Epiſcopus
obtinuit vltionem de inimico Eccleſię, q
promiſerat futuram per athletę Dei virtu

Ex hiſtor. Eccleſiaſt. Tripart. lib. 6. cap. 10. Iulia
auunculus Iuliani Aug. cùm precioſa Eccleſiæ
ſa abſtuliſſet, Eccleſias clauſiſſet, & clericos
effugaſſet, admirabilem Dei vindictam
tus eſt.

CAP. LI.

IVlianus auunculus Iuliani Imper. dic
id ſtudium habuiſſe, vt in theſauros Im
ratorios plurima & precioſa Eccleſiæ An
chenæ vaſa reconderet, & clauſiſſe Eccleſ
& vniuerſos clericos effugaſſe, & ſolum
Theodoricum ſtetiſſe presbyterũ. Quem
tanquam vaſorum cuſtodem comprehen
crudeliter ſauciaſſet, nouiſſimè præcep
dio occidi. Qui fortiter inter vniuerſa tor
ta reſpondit, & pro dogmatis confeſſione
uicit. Quumque vniuerſa Deo dicata vaſa,
pallia collegiſſet, proijciens hæc in terra
co